

Referri huc etiam debet Nitrum cuius inflammabilis vis a Sulphure aliquo animali excrementitio est: destillatum ita  $\hat{g}$  merum Acidum præbet. Sed & Alumen huc spectat ejusdem cum Vitriolo fere Originis.

Sic ita  $\hat{g}$  & atò ad Acida referuntur dictorum modo Spiritus omnes simplices pariter & compositi, Aqva Regia, Aqva fortis, est  $\hat{g}$  inter haec vehementissimum Oleum Vitrioli, partim quod concentrate magis sint saline eorū particulae; partim etiā quod Sulphure aliquo et Vitriolo constet, undevis ejus.

Glaubero dicitur der Schneideschweifel: sic & Spiritus Vitrioli Philosophius ex acidorum classe est.

§ 8. Prout verò Alcalia, ita Acida quoq<sup>z</sup> in triplici differentia sunt. Fixa, Volatilia & mediæ Consistentiæ.

Fixa in antec. paragr. explicavimus. Constant verò ipsa etiam Volatilibus, quod ex sequentibus & destillatione salium Volatilium innoteſcet. Sic quemadmodum Alcalium particulae, ita Acidorum quoq<sup>z</sup> per artem Volatiles fiunt, & eomagis virtutem suam exerunt.

Mediæ Consistentiæ Acida sunt nonnulla salia essentialia, v.g. ex Acetosella,